VSVS.

Agnoſcamus itaq; Chriſti *φιλανθρωπίαν*.

DE II. LOCO.

I. Notetur prædictio crucis: *Alienos à Synagogis, &c.* & exaggeratio prædictionis, *qui occidet vos, &c.*

II. Expoſitio cauſæ. *Hæc ideò facient vobis.*

III. Ratio, quare prædixerit.

IV. Proteſtatio: *Hæc ab initio non dixi. Q. d.* Adhuc vobis mallem lætiora prædicare, ſi modò fieri poſſet.

VSVS.

2. Tim: 3 1. Chriſtianorum comes perſecutio.

1. Petri 4 2. Notetur etiam φιλανθρωπία Chriſti. Prædicit crucem ne offendantur.

3. Quod hodiè adhuc perſequuntur hoſtes Chriſtianos, eſt ignorantia affectata. Deo autem ſuo tempore pœnas

ψ 2. dabunt graviſſimas, loquetur cum illis in irâ ſuâ, & in furore ſuo perturbabit eos.

IN